

# SCRIPTA

**Numéro Scripta :** 5286

**Auteur(s) :** Ernaud, Saint-Ouen-le-Pin, Notre-Dame du Val-Richer (abbé)

**Bénéficiaire(s) :** Guillaume de Tournebu, Coutances (évêque)

**Genre d'acte :** vidimus

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** [1196-1203]

**Action juridique :** confirmation

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Ernaud, abbé du Val-Richer, vidime l'accord passé le 17 janvier 1187 avec Guillaume [de Tournebu], évêque de Coutances, devant Jean, doyen de Lisieux, et Henri, préchante de Bayeux, les juges délégués du pape Urbain [III]. L'évêque reçoit le patronage des églises du Rozel et de La Haye-d'Ectot et l'abbaye dispose de la Taille et de ses dîmes.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

a. Müller Harald, *Päpstliche Delegationsgerichtsbarkeit in der Normandie*, 12. und frühes 13. Jahrhundert, Bonn, Bouvier, 1997, 2 vol., p. 182-183

b. Fontanel Julie, *Le cartulaire du chapitre cathédral de Coutances*, Saint-Lô, Archives départementales de la Manche (Sources inédites sur l'histoire du département de la Manche ; 1), 2003, n° 5, p. 100.

## Dissertation critique

Datation proposée par J. Fontanel : « Ernaud obtient une bulle de Célestin III le nommant abbé du Val-Richer en 1196. Son successeur, Alexander, est attesté en 1203 (Cf. *Gallia Christiana*, t. 11, col. 447). Il y a d'ailleurs une difficulté sur la date puisque Ernaud n'était pas abbé lors de la signature de l'accord en 1187. » (FONTANEL, p. 100, n° 5, note 1).

Je crois que cet acte est indiqué ou édité également dans Arnoux et Maneuvrier sur l'abbaye du Val-Richer.

Texte établi d'après b

Universis fidelibus ad quos littore iste pervenerint, E[rnaldus], abbas et conventus Vallis Richerii, salutem in Domino. Noverit universitas vestra compositionem super loco Tallie et ejus pertinentiis et ecclesiis de Rosel et de Esquetot factam fuisse inter dominum Constanciensem episcopum et nos, coram judicibus a summo pontifice delegatis, in hac forma :

Universis Christi fidelibus ad quos littore iste pervenerint, Johannes, decanus Lexoviensis, et Henricus, precentor Bajocensis, salutem in Domino. Vestra noverit universitas causam que vertebatur inter venerabilem fratrem nostrum W[illelmum], Constanciensem episcopum, et abbatem et conventum Vallis Richerii super quodam loco quod dicitur Tallia et ecclesia de Rosel et ecclesia de Haya Barnevilla et pluribus aliis que omnia ad locum illum predicti fratres percipere dicebant, cum episcopus ea possideret, a felicis memorie papa Urbano nobis fuisse commissam, remoto appellationis subterfugio, terminandam. Cum autem post legittimas citationes utraque pars esset coram nobis constituta, post multa hinc inde proposita, productis in medium ab ipso abbate litteris conventus sui de ratihabitione repletis in hunc modum pacis et concordie, convenerunt [quod], episcopus Constanciensis,

quisquis sit, de predictis duabus ecclesiis pro sua voluntate disponat in perpetuum et libere poterit, cum voluerit, collegio seu persone, sine reclamatione monachorum, eas conferre, salva donatione Willelmi nunc Constanciensis episcopi quam decetero faciet, et illi quibus eas conferet, redditum annuatim predictis monachis duo quarteria frumenti ad festum sancti Michaelis, et eas illis idem monachi deffendent et garantizabunt, et si idem monachi possent acquirere ecclesiam de Haya, presentabunt episcopo Constancensi clericum ad totam ecclesiam, retentis sibi tantum duabus garbis decime frugum. Predicti quoque fratres locum Tallie et cetera omnia super quibus questus movebatur habebunt. Supradicte autem ecclesie decimas omnium terrarum, absque ulla controversia, percipient, de quibus ante diem facte compositionis decimas percepérunt et, tam de terris spectantibus ad predictum locum quam de aliis terris quas in episcopatu Constancensi iidem monachi acquisierint, [reddent] cum omni integritate decimas in duabus garbis quam in [...] [ecclesiis parochialibus] in quarum territoriis fuerint, exceptis novalibus que, post diem facte compositionis ad culturam redigent et propriis laboribus excolet et sumptibus. Provid[ebunt etiam] monachi ut in predicto loco divina officia idonee celebrentur. Hanc compositionem promiserunt tam episcopus quam abbas se bona fide servatueros. Actum anno ab Incarnacione Domini M° C° LXXX° VII°, XVI° kalendas februarii, in choro Sancte Marie [de Dae]. Testibus hiis: capicerio Bajocensi, Ricardo Comin, canonico Bajocensi, magistro Gaufrido Chemi[nant et] Nicholao Comin, Ricardo Hairon, canonicis Constanciensibus, et multis aliis. Hanc itaque compositionem ratam habemus et predictas ecclesias [...] capitulo Constancensi sicut idem dominus noster Constantiensis episcopus eas eis concessit [...] in perpetuum assignavit.